

Primo quia ad te uado uenia. **Respo.** **H**ec uia
est in uirtute. **D**omi est te. **E**xaltatio
te dicit. **E**xaltare dicit inuit. **R**espo.

Et passione suam per dies quadraginta apparet

Handwritten musical notation on a four-line staff, including various neumes and red ink markings.



4

L E S S U S

I N

Luctuosissimam, beatissimam tamen ex hac vitâ
migrationem,

*VIRI AMPLISSIMI, CONSULTISS.
CLARISS.*

DN. GISLERI

**Reinhardtis J. U. D. IMPERIALIS AC LI-
BERÆ CIVITATIS MULHUSINÆ
PRÆTORIS, SENATORIS, & C.
MERITISSIMI.**

PATRI SUI DILECTISS.

Inter ardentissimas preces piè & placidè rebus
humanis XIX. Septembr. ANNI
CLO - IOC XXIX. exempti.

EX ILLUSTRISALANA.

*In luctus sui contestationem, debitæq; sumptibus
declarationem transmissus*

A B

HERMANNO Reinhardt.

MULHUSI,

Prelo ac Typis Stangianis, An. 1630.

DN. GISELRI

NUMERUS IUDICUM...
DE A. CIVITATIS...
PRAETORIS...
MERTII...

P. A. H. A. S. H. D. I. L. L. I. S.
In...
Anno XI. Scetemb. A. N. N.
15. IX. 15. 15.

EX LIBRARIIS...
In...
M. A. N. N. O. J. O. H. A. N. N. I.

M. A. N. N. O. J. O. H. A. N. N. I.
M. A. N. N. O. J. O. H. A. N. N. I.



Ergo nemo potest rigidarum auferre sororum
Jura, secatrices vel cohibere manus?
Sortis & humanæ legem transcendere cunctos
Mortali cretos semine, fata vetant?
Ulla Deos hominum nec cura remordet, & omnis
Umbriferam mortis cogitur ire viam?
Scilicet exemplo es, mi Patruæ chære, peremptum
Quem quoque mors avidâ sustulit atra manu.
Heu! heu deslende jaces! id Epistola Patris
Nunciat, heu veri nuncia charta nimis:
Ah saltem hæc, si quædam unquam, mendacia vellem,
Nuncia, sed verat litera vera Patris!
Ah dolor! haud unquam mihi tristior ulla Parentis
Visa est, nec venit fama timendâ magis.
Ut legi, ut flevi, ut citò me mihi surpuit atros
Ilicet in luctus, in lachrymasque dolor.
Sic igitur moreris, sic nos, ô Patruæ, linquens
Gaudia perturbas funere nostra tuo?
O he num cinctus ferali tempora taxo,
Procurabo tuis mânibus inferias?
In te spes stabat mihi pluribus ebria votis,
Quam tuus in memet candor, amorque dabat:
Nunc omnis pessum nostri vóti impetus ivit,
Et spes in cineres tanta repente cadit?
Quas ego nunc primùm, quas hinc properabo querelas?
Quos cieam tristes corde gemente sonos?
Heu mihi, si memini, celsi quo pondere sensus
Singula plana, tuâ dexteritate, dabas.

Frigidus à lachrymis subitò mihi nimbus in ora
 Depluit, ut falso flumine tota natent.
 Sic moriatur amor Charitumq; novemq; Dearum,
 Nobilis Astrææ sic moriatur amor?
 Indignum, nequirit quod turba Novensilis illas
 Parcarum rigidas hæc cohibere manus!
 Phœbus, & ipsa Patris cerebro prognata Minerva,
 Haud potuit tanto vim prohibere viro!
 Qui Schola, cui docti fuerant in amore; Camœnas
 Qui juvit pressas consilio, auxilio:
 Quem Pietas meliore luto formaverat, & qui
 Lucida Candoris stella, Themistos honor,
 Gnavus in officio, decus artis, amabile tectum
 Virtutum, Sophies corculum, honoris apex.
 Et quid ego possum tot in uno pectore dotes,
 Talia vel dignis dicere dona metris?
 Ac licet hæc vellem dignè proponere, nil hîc,
 Nil certè Clio carmine nostra valet;
 Nam dolor heu! linguam dolor omnè obtundit, & ipsa
 In medio nobis comprimit ora sono.
 Vix calamo mentis possum describere sensa,
 Defluit in gelidos dextra subinde sinus.
 Hîc sudent, queis Musa catis dedit esse Poëtis,
 Qui sunt exsuccis in lachrymas oculis.
 Nil certè facilis natura negaverat illi,
 Et largas dederat, more parentis, opes.
 Fervidior vigor hic animi, & quæ linquit in ausum,
 Divitis ingenij vis operosa, nihil.

Jamq;

Jamq; brevi spatio linguam cognorat utramque,
 Et doctè poterat cultus utrâque loqui.
 Talis præterea blandis facundia dictis,
 Qualis Nestorei gratia mellis, erat.
 Hinc ipsi varias rerum cognoscere causas
 Et quæcunque latent abdita, cura fuit.
 Post se consultis, & civica jura peritis
 Mancipat, & almæ Patribus Eunomiæ.
 Ac velut exiguus primùm sine nomine rivus,
 Per viridem tenui murmure serpit humum:
 Hinc magis atque magis labendo viribus auctus
 Vel populis præstat sufficienter aquas.
 Sic studijs sensim Genij vis ignea crevit,
 Adjecitque aliquid proxima quæque dies.
 Donec in Argyrope gestamina rubra galeri,
 Jureque Doctoris jus in utroque tulit,
 Hinc, seu subjectæ perplexa negotia turbæ
 Dirimeret Prætor, urbs Mulhusina tuus;
 Patria seu tacitam dederat Respublica in aurem
 Quæ fidâ fuerant acta regenda fide;
 Seu plenus patriæ monitis ingentibus urbis
 Sacro Legati munere missus erat;
 Omnia prudenti tractabat acumine mentis,
 Ut prælucebat Diva-Themista facem.
 Debuit ergo suo Eunomie succurrere mystæ
 Æquaque sub seram ducere fata diem.
 Is meruit certè, vos id tribuisse merenti
 Fas; heic si juris, si quid habetis opis.

A 3

Sed

Sed nihil hic vobis opis est aut juris; eundem id p[ro]mul
Omibus hoc iter est, quotquot hic orbis habet.
Nec mihi, quem virtus, quenquam monstraveris, alma
Adferat, heu nullis mors inhibenda modis.
Nec pietas, justique amor inconcussus, & æqui
Vitaque labe carens, quem tueatur, habet.
Nec fera curat opes, vel sexum Morta vel annos,
Fatali cunctos sed sicelice metit.
Res mihi cum mundo? poterant ea pondus habere,
Sola necans omnes, mors nihili ista facit.
Fecit mors nihili ista; & te GISLERE sub umbras
Intempestivâ misit avara nece.
Corpus habet tellus; coelestia juncta beatis
Portio nobilior mentibus arva tenet,
Gaudiaque illa capit vitæ coelestis, adempta
Morte secuturis præveniente malis.
Et Paradisiacite mpe viridantia campi,
Ipsis coelicolis ad sociata, colit:
Est ubi blanda quies, & longis otia festis,
Et pax palladiâ fronde revincta caput.
Interea tumulo feliciter ossa quiescant;
Quem violæ, atque rosas lilia mista tegant.
Ingenij ast superant monumenta & posthuma laudes
Gestorum cantans nempe perennis erit,
Nempe perennis erit, viva æternumque manebunt
Fama relicta solo, mensque reducta polo.
Dum res (ô fac JOVA diu!) MULHUSINA vigebit
Publica, dum liquidis hanc rigat Unster aquis.

Hæc

Hæc ego, naniolis decorans tua, Patruæ, fata,
Flebilibus cecini carmina pauca, modis.

GISLERUS REINHARDUS JURIS
UTRIUSQUE DOCTOR.

Ἀναγγελματικὸς εἶς.

NIL QVEROR IRE, DATUR CHRIS-
TUS, DIGRESSUS VIVO.

Quid Mulhusa gemis, quid spretâ sindone sumis
Sirmata, quid planctus, quid lacrymasq; cies?
Pone modum lacrymis, luctum compeſce, dolorem
Abjice, NIL nocuit nam Libuina mihi,
Nec QVEROR IRE, DATUR CHRISTUS, vitâ inq; perenni
DIGRESSUS vitâ hæc, VIVO perennis ibi.

Idem.

H. R.

F I N I S.



Mec ego, rante in decorantia, P. 100. 101.
I. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110.

GISEBERGUS REINHARDUS JUNIOR
UTRIUSQUE DOCTOR

ALL OVERORIRI, D. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

Q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.
41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.
61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80.
81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1000
H. R.

F I N I S



Et **dominus** **procepit** **eis**
omniam **via** **et** **dominus** **procepit** **eis**

ne **discederent** **sed** **expectarent** **promissa** **omne** **pa-**

nis **pulchritudo** **domini** **exaltata** **est** **in** **ter-**

ris **in** **nubibus** **et** **in** **nomine** **domini** **in** **ter-**



Luctuosissimam
 VIRT AMPL
DN.
 Reinhardts J.
 BERÆ CIV
 PRÆTO
 PATRU
 Inter ardentissim
 humanis
 CLO
 EX ILL
 In luctus sui con
 dect
 HERM
 Prelo ac Typ



4

